




## Gospel for Sexagesima Sunday


## Tonus antiquior


**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.


 Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Lu-cam. R̄. Glóri-a ti-bi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Cum turba plúrima convení-rent, et de ci-vi-tá-tibus


 properárent ad Jesum, di-xit per simi-li-túdinem: Exi-it, qui séminat, semi-


 náre semen su-um: ut dum séminat, á-li-ud céci-dit secus vi-am, et concul-

 cátum est, et vó-lucres cæ-li comedérunt il-lud. Et á-li-ud céci-dit supra


 petram: et natum áru-it, qui-a non habébat humó-rem. Et á-li-ud céci-dit

 inter spinas, et simul exórtæ spinæ suffocavérunt il-lud. Et á-li-ud céci-dit


 in terram bonam: et ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens, clamá-




bat: Qui habet aures audi-éndi, áudi-at. Interrogábant autem e-um discípu-li




e-jus, quæ esset hæc parábo-la. Quibus ipse di-xit: Vobis datum est nosse




mysté-ri-um regni De-i, céte-ris autem in parábo-lis: ut vidéntes non víde-ant,




et audi-éntes non intélligant. Est autem hæc parábo-la: Semen est verbum




De-i. Qui autem secus vi-am, hi sunt qui áudi-unt: de-índe venit di-ábo-lus,




et tollit verbum de corde e-órum, ne credéntes salvi fí-ant. Nam qui supra




petram: qui cum audí-e-rint, cum gáudi-o suscí-pi-unt verbum: et hi radíces




non habent: qui ad tempus credunt, et in témpore tenta-ti-ónis recédunt.




Quod autem in spinas céci-dit: hi sunt, qui audi-érunt, et a solli-ci-tudí-nibus,



et di-ví-ti-is, et vo-luptá-tibus vitæ e-úntes, suffocántur, et non ré-ferunt



fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono et



óptimo audi-éntes verbum ré-tinent, et fructum áfferunt in pa-ti-énti-a.